HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 73v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

et uinea facta est dilecto. Et in xcvii. psalmo. Contrivit dns cedros
libani. et comminuet eas tamq. uitulos libani. et dilectus sicut filius
unicornium. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius. re
missionem peccatorum. Ille redimitur quia captiuus est et in hostium uenie
ns potestate liber esse desiuit. Ita et nos quidam dicunt in hoc mun
do esse captiuos. et sub principibus et potestatibus iugo seruitutis teneri.
nec ante uinctas retrorsum extendere manus. et oculos sursum attol
lere nisi redemptor aduenerit. Sed quis iste tantus esse aiunt et talis
qui possit pretio suo toti orbem redimere. Ihs xpus filius dei proprium san
guinem dedit. ut nos de seruitute eripiens. libertatem donaret. Et
reuera si historias gentilium credimus quod codrus et curtius et decii mu
ri pestilentias urbium et fames et bella suis moribus repulerunt. quan
tomagis hoc in dei filio possibile iudicandum est quod eruore suo non una
urbem. sed toti purgaret orbem. Dupliciter autem sanguis xpi et caro intel
legitur. Et spiritalis illa atq; diuina de qua ipse dicit caro mea uere est
cibus et sanguis meus uere est potus. et nisi manducaueritis carnem meam
et sanguinem meum biberitis. non habebitis uitam in nobis. uel caro et san
guis quia crucifixa est et quia multis effusus est lancea. Iuxta hanc diuisi
onem et in seipsis et diuersitates sanguinis et carnis accipitur. ut alia sit
caro quae usura est saluare deum. alia caro et sanguis quia regnum dei non quaeant
possidere. Consequenter autem per redemptionem sanguinis xpi remissionem
accepisse scribimur peccatorum. quia nisi fuerimus redempti frustra nobis
peccata donantur. nec ante uenia accipere possumus delictorum et seruitutem
cessamus. nisi pretium pro nobis eruentur quondam victori accipiatur.
Secundum diuitias gratiae eius qua habundauit. Qui intellegit hoc quod dicitur
est. gratia estis saluati et non ex operibus. et quinquaginta et quingentorum
denariorum in euangelio debitore quod cui plus dimittitur plus diligit.
iste potest scire quod secundum diuitias suas dei gratiam abundauit in nobis
maxime in ecclesia de gentibus congregata. quae aliena fuit testamento
et promissionibus israel. cui dilecto nos salutem consecuti sumus. dn nonne
magnitudo gratiarum in paulo et ceteris seis. de quibus dicit nescitis quia
angelos iudicabimus. et in alio loco. in quo desiderant angeli considerare.